


**05  
A  
1716**



# DISQVISITIO LOGICA,

*De*

Propositionibus personalibus,  
quatenus à Calvinianæ sectæ Philosophis ex funda-  
mentis Logicis ex dijudicatur.

Quam

σὺν τῷ θεωρόπο

P R A E S I D E

M. NICOLA O HUNNIO

Marpurgensi Hasso.

*In inclyta VVitebergensum Academiâ  
publico examini subjicit*

Sigismundus Ditlenius Pripoli-  
tanus Francus.

*Ad diem 21. Ianuarij in auditorio Philosopho-  
rum horis matutinis.*

---

V V I T E B E R G Æ,

*Typis Martini Henckelij, Anno Christi  
M. D C. IX.*



MAGNIFICO, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,  
ET INSIGNI VARIÆ ERUDITIONIS COPIA,  
præclara rerum plurimarum experientia, eximio virtutum splendore,  
ad eoq; omni laudum genere maxime  
conspicuis Viris:

Dn. MARTINO EIGELMANNO J. U. D.  
Judicij provincialis Cæsarei in Burggraviatu Noribergensi as-  
sessori primario, communium item consiliorum in utraq; aula  
illustriss. Brandenburgica tam superioris quam inferio-  
ris Franconiae Directori prudentissimo  
atq; excellentissimo.

Dn. GEORGIO SCHELLIO, J. U. D.  
Illustriss. aulæ Brandenburgicæ in Francia inferiori consiliario  
peritissimo, atque spectatissimo, ac de cuncta patria  
optimè promerenti.

Dn. M. FRIDERICO TAUBMANNO  
Poëtæ eminentissimo, Professori VVite-  
bergensis Academiæ celeberrimo.

N E C N O N

Reverendo, & pietatis, humanitatis, atq; eruditio[n]is laude  
cumulatissimo viro,

Dn. M. JOHANNI MEELFUHRERO  
collegiatæ ad Gumbertum in Onoldina Eccle-  
sia concionatori fidelissimo, & Ecclesiastici  
consilij assessori dignissimo.

Dominis ac Mecenatibus suis perpetuo humilis reverentia atq;  
observantia & cultu afficiendis.

Hoc j[ur]u[m] nra[m]a

In certum studiorum suorum paet[er]e nov: debitum gratæ mentis  
o[ste]nsor: perpetuum humilis observantia & totius munus  
Submisse dedicat & consecrat

SIGISMUNDVS DITLENIVS.

05 A 1716





• Inquisitionem de Personalibus propositionibus in-  
stituturi ante quam ad ipsa rem accessū faciam⁹, paucis, quæ hujus in-  
stituti nostri ratio extiterit, exponemus. Primum omnium itaq; prosi-  
temur, nos non nisi veritatis amore impulsos constituisse hanc contro-  
versiam haud ita pridē à Calvinianæ sectæ Philosophis ab orco qua-  
si in proscenium Ecclesiæ revocatam ad veritatis staterā appendere,  
qua in re tamen nequaquam commixtionem quandam Philosophiæ cum Theolo-  
gia facere; aut judiciū de re tam sublimi ex humanæ rationis principiis; aut ullum  
ex noticiis naturalibus pro re tam arcana afferenda, argumentum investigare in  
animo nobis est. Hoc ipsum enim à B. Luthero in Pontificiis jam olim damnatum  
in hac èrāe improbamus in adversariis nostris ostendendo, quam longè Logicas  
regulas hæ transcendant. Nihil itaq; sanctissimæ Theologiæ hīc præjudicamus, sed  
hujus judiciū religiosè secuti, ejus censuræ à dī. a. p. s. ut merito ita perlibenter nos  
submittimus. Nec porrò ea de causa hoc quicquid est, laboris aggredimur, quod ar-  
bitremur id à Magnis Theologis non pridem esse præstatum, aut etiamnum insigni-  
ter præstari posse, sed quoniā homines Calviniani nescio quo supercilie elati, quæ  
Academīa nō redolent, contemtim habent, inq; Ecclesiæ recipere gravantur, adeoq;  
SS. Scripturæ fidē simpliciter non habent, ideo haud male fieri arbitramur, si e⁹ ipsa  
etia⁹, qua plurimūm confidunt, Philosophia istorum μορμολύκεια confundantur: cum  
præsertim suo exemplo præeuntē nobis habeamus D. Paulum, qui nō semel Ethni-  
corum sacrarum literarum autoritatem pro nihilo habentium erroneas opiniones  
ex naturalibus noticiis validè retudit. Idq; eo diligentius à nobis videtur præstan-  
dum, quod isti Theologicis armis se exui sentientes in Philosophiam irruunt, &  
ad palliandam errorum suorum crassitiem partim optimas hujus definitiones, di-  
visiones ac regulas pessimè detorquent: quæ quo sensu, quibus de rebus & quem  
in usum ac sinem sint traditæ, utiq; non nisi ex ipsis illis disciplinis, in quibus pro-  
ponuntur & explicantur, cognosci potest: partim nescio quæ opinionum monstra-  
eidem infaciunt, proq; genuinis ejus principiis postmodum venditant, ubi sanè  
quæ vera, quæq; ficta ejus sint principia, ex ipsa philosophia rectissimè poterit ju-  
dicari. Nulla ergo hic èrāo γένος μετάβασις, cum directè non tam de hoc myste-  
rio, quam de Canonum Logicorū ἀληθεία καὶ χρήσι quo usq; hæc se extendat, deq; eo-  
rundem in heterogenea hac materia abusu tractemus. Huc accedit, quod ipse D.  
Paulus hanc adversariorum petulantiam prævidens, cum in sua ad Colosenses de hoc  
ipso mysterio ageret c. 2. v. 8. saluberrimam hanc inspergit admonitionem, cave-  
ant, ne quis eos deprædetur per Philosophiam & inanem deceptionem juxta con-  
stitutionem hominum, juxta Elementa mundi, & non juxta Christum. Cui sanè  
admonitioni non videntur melius parere posse, quam si ostendamus, quam stoli-  
dè isti candens ferrum non forcipe sed digitis contrectent. Ad quam rem prius quā  
accedamus, non abs re videtur fore: si paucula quædam hujusmodi propositionum  
exempla ex SS. Scriptura huc adscribamus, ut ad ea tanquam ad Cynosuram infe-  
rius semper respiciamus. Eorum vero præcipua sunt isthæc. Homo est DEUS Ioh. 1. v.  
14. 1. Cor. 15. v. 47. Filius hominis est filius D & I Gen. 4. v. 1. Esa. 9. v. 6. Ierem. 23. v. 5-6. c.  
33. v. 15. Matth. 16. v. 13. 16. Marc. 8. v. 27. Luc. 1. v. 31. 35. Rom. 1. v. 3. Eadem oritur ex colla-  
tione Luc. 18. v. 38. cum Matth. 8. v. 29. 1. Ioh. 5. v. 5. Item Matth. 1. v. 21. Luc. 2. v. 31. cum  
Marc. 5. v. 7. Luc. 5. v. 7. Homo est Filius Dei Matth. 3. v. 17. c. 17. v. 5. Marc. 1. v. 11. c. 9. v. 7. c.  
15. v. 38. Luc. 3. v. 22. cap. 9. v. 35. Ioh. 1. v. 30. 34. 2. Pet. 1. v. 17. Et ex collatione Dan. 7. Matth. 24.  
v. 30. c. 26. v. 6. 5. c. 25. v. 31. Marc. 8. v. 38. Luc. 22. v. 69. act. 1. v. 11. c. 10. v. 38. 42. c. 17. v. 31.  
Phil. 2. v. 10. cum Esa. 43. v. 23. Rom. 14. v. 11. Filius Dei est Filius hominis Ioh. 5. v. 27. Sab-  
bator est Jehova O. si v. 7. Crucifixus & resuscitatus est Jehova. ad 4. v. 10. II. 12.

Q V A E S T I O I.

*An ha Enunciationes possint propriæ vel impro-  
priæ nuncupari, & quo sensu?*

Ad. Francisci loc. 3. Marg. Theol. affirmat rectè & propriè dici Deum hominem, & hominem Christum Deum. Cui adstipulatur D. Gesnerus p. m. form. Conc. disp. 12. th. 2. Eadem phrasī uti solent nonnulli ex adversarijs, ut Tossan. contr. art. Sax. visit. th. 3. neg. 2. rectè, verè & propriè, inquiens, dicitur à Christianis hunc Deum esse hominē. &c. verum (quæ Calvinianæ sectæ est in lusu vocum phrasiumq; petulantia) subdolè prorsus sensuq; diversissimo: ideoque orthodoxi quidem rectè, heterodoxi verò pravè hac phrasī utuntur. Quod quo manifestius apparet, distinguimus inter materiale & formale Enunciationum, seu inter terminos ipsos, &  $\chi\acute{e}\sigma\tau\omega$  sive relationem & respectum horum ad se invicem. Priori sensu *Propria* est Enunciatio, cuius singulæ voces nativam & propriam retinent significacionem, & alio nomine  $\alpha\chi\eta\mu\acute{a}t\omega\varsigma$ ; *Impropria* verò in qua  $\lambda\acute{e}\zeta\epsilon\omega\varsigma$  fit  $\iota\pi\zeta\pi\eta$  à genuina significatione in alienam, atque aliâs  $\acute{\epsilon}\nu\chi\eta\mu\acute{a}t\omega\varsigma$ , tropica seu modificata dicitur. Posteriori autem sensu *propria* vocatur, in qua ratio compositionis est propria: *Impropria* cum ratio compositionis est impropria finitore ipso Goel. lib. 2. inst. Log. p. 56. & 61. adstipulante etiam Ioh. Phil. Parao, lib. 2. art. Log. pag. 214, 216. Hoc ergo sensu propria cum Regulari; impropria cum Irregulari coincidit. Ac prior quidem Proprietas & Improprietas significationis; posterior verò prædicationis dici cōsuevit: quæ ita affectæ sunt, ut in proprijs vel solius  $\alpha\chi\mu\acute{a}t\omega\varsigma$  (id quod fit in solis, quas vocant, Inusitatis Enunciationibus) vel utriusq;, tam  $\alpha\chi\mu\acute{a}t\omega\varsigma$  quam  $\alpha\chi\eta\mu\acute{a}t\omega\varsigma$  proprietas observetur (quod fieri videmus in omnibus directè Logicis:) In improprijs contra vel ultraque improprietas concurrat, cum modo prædicandi mutato verborum simil fit  $\alpha\chi\mu\acute{a}t\omega\varsigma$ , quod accidit in omnibus Tropicis, quæ simplici Tropic explicatione ad Logicè proprias reduci possunt; vel sola occurrat

currat prædicationis improprietas, propriā vocum ugmicā-  
tione interim retentā; quod rursum fit in solis hisce Extraor-  
dinarijs. Priori respectu Lutherani; posteriori Antelutheran-  
i proprias: contra in posteriori  $\lambda\eta\psi\alpha$  ex nostris nonnulli ( si  
Improprij vox ēi  $\pi\lambda\alpha\tau\alpha$  accipiatur pro quovis irregulari non  
ēi  $\beta\acute{a}\theta\acute{e}i$  pro modificato, & prout contra Inusitatas distinguitur:  
Sic enim pro Insuetis pugnātes, nihil minus quam Improprias  
has statuunt:) in priori Tropologistæ improprias indigitant.  
De nostris res est manifesta, cum proprij vocem opponant  
Tropo & figuræ, uti videre est apud *Ad. Franc.* loc. 3. antith. ult.  
*D. Gesner. thesi prius citata: & D. Chemn. cap. 4. de Cæn.* ubi ait  
singula vocabula in propositionibus Iuusitatis propriam & na-  
tivam retinere significationem, modum verò hujusmodi præ-  
dicationum de duobus disparatis nec ad regulares, nec ad figu-  
ratas prædicationes, quæ communes & usitatæ sunt, congru-  
ere. Ex his ergo patet, Lutheranos non formaliter, sed tantum  
materialiter proprias has asserere, quod nihil est aliud, quam  
planè Inusitatas adserere; cum in usitatè proprijs (& sensus  
seu significatus & respectus seu nexus Extremorum sit pro-  
prius. Adversarios autem formaliter accipere vocem pro-  
prij, ex ipsorum appareat definitionibus, siquidem propositio-  
nem propriam definiunt, non quæ terminis propriè sumtis  
constet, sed per modum attributionis, seu  $\chi\acute{e}\sigma\pi\pi$  & respectum  
subjecti & prædicati; uti cernere est apud *Crell. lib. 2. part. com.*  
*Isag. cap. 3. div. 2. p. 203.* & apertè fatetur *Gocl. lib. 2. inst. Log. c. 3.*  
adserens hanc divisionem ex ratione compositionis esse peti-  
tam; & propriam Regularis; impropriam Irregularis speciem  
constituens. Et *Tosanum* in codem luto hærcere, vel ex ipso ver-  
borum sono manifestum fit, qui arguit ipsum quoque in Tro-  
pico illo *Ioh. Piscatoris* Labyrintho fabricando laborare, & ab  
eo hunc, istum & illum, atque ita præter hunc agnoscitiam  
alium quempiam Deum, adeoque in voce D E I tropum poni,  
sicq; nomen Proprij non materialiter, sed formaliter usurpa-

ri. Atque hoc loco haudquaquam silentio videtur involven-  
da istorum fraudis, in hujusmodi Enunciatis. Quamvis enim  
haec distinctio non possit ipsos fugere, cum itentidem in Lo-  
gicis libellis suis jactitent discrimen inter Materiam & For-  
mam propositionum; tamen ubi ad hanc rem devenitur, de  
industria diversitatem hanc permiscent. Sic *Paræus* affirmat  
quidem se materialiter eas considerare; nihil tamen minus  
formaliter describit *lib. 2. art. Log.* Et *Crell.* mirum in modum  
ista confundit, dum materiales proponit divisiones, uti constat  
*ex Zab. lib. de 4. fig. cap. 8.* sed itidem formaliter eas definit.  
Quod quidem isti non alium ob finem factitant, quam ut sim-  
pliciorum oculis nebulas offundant, tum in his personalibus,  
tum in Sacramentalibus propositionibus. Nam dum in his  
nostri pro τῷ πντῷ pugnant, atque ita de materia agunt; ipsi  
contra proferunt argumenta, quæ nihil probant aliud, quam  
prædicatum subiecto juxta formam propriè tribui non posse.  
Videre hoc est in Crellio, & ijs argumentis, quæ *articulari* de di-  
sparatorum junctura, & hujus explicazione seu verificatione  
contra Theologos nostros in Eucharistica controversia affe-  
runt. Contra dum probare conantur eas materialiter im-  
proprias hoc est, tropicas esse, adducunt rationes, quæ nil aliud,  
quam eas formaliter improprias hoc est, irregularares esse osten-  
dunt. Idem & in personalibus his plurimi istorum factitant.  
Sic enim Crellius probaturus has formaliter esse proprias seu  
univocas, adducit rationem *ex Thomæ quæst. de un. Verb. in incarn.*  
*art. 2. resp. ad 4,* quæ nihil aliud quam proprietatem materia-  
lem ostendit. Mox calidum frigidumq; eodem spiritu pro-  
flans in eadem pagella Tropicas seu figuratas ex irregulari at-  
tributione demonstrare aggreditur, forsitan juxta illud: Sem-  
per contrarius esto. *Quod* verò Crellius non tantum contra  
orthodoxorum, sed & quorundam complicum suorum sen-  
tentiam Tropum fingit in attributionis non significationis  
modo, nos culpam ipsius in hac formalis & materialis impro-  
prietatis

prietatis *οὐχίται* turpissima, & philosopho planè indigna præstare non tenemur.

## Q UÆ S T I O II.

*Num in his exemplis prædicatio sit Logica,  
usitata, regularis?*

Affirmat Goclen. probl. ad inst. Log. adject. 37. & part. 3. probl. Log. 73, 74. Crell. lib. 2. part. com. c. 2. dist. 2. Et Ioh. Philip. Paracelsus lib. 2. art. Log. c. 7. p. 218. ex Keckerm. lib. 2. fift. Log. sect. 2. c. 1. p. 379. ait modum enunciandi in his propositionibus esse usitatum: usitatus autem modus ipsi idem est cum ordinario, regulari, proprio, Synonymicop. 213, 214. Eandem sententiam se fovere haud obscurè indicat Bell. quilib. 3. de Christ. c. 16. §. 5. de unione & communicatione idiomatum verba faciens ait, nos id apud homines ordinariè cernere. Fundamentum assertionis suæ ponit Gocl. hoc: Logica ut ministra disciplinarum res seu notiones componit & enunciat (propriè) ut eas inter se affectas accipit à scientia tanquam dictatrice. Et Logica ita fabricat, ut sunt *didopera* inst. Log. probl. 37. seu: quales à Theologia accipit, tales relinquit & judicat part. 3. probl. Log. pag. 182. Huic fundamento per Goclenium posito nōs hæc superstruimus: Logica hanc rem à Theologia accipit non ut communem, naturalem, regularem, ordinariā ad Logicos Canones quadrātem, aut ullis principiis philosophicis cōsentaneam, sed ut mysterium pietatis citra controversiam magnum i. Tim. 3. v. 16. omnibus retro seculis tacitum Rom. 16. v. 26. Col. 1. v. 26, 27. ut sapientiam non seculi hujus neq; principium seculi hujus, sed sapientiam DEI mysticam, quæ est recondita i. Cor. 2, v. 7. quæ spiritualiter dijudicetur v. 13, 14. quæ tantum abest ut humanæ sapientiæ regulis congruat, ut potius ad illam hæc cōformata, reductaq; coram DEI oculis sit stulticia; inq; mystica veritate sua vicissim illa ad hanc appensa stultitia coram hominum oculis putetur i. Cor. 3, v. 18, 19, 20. c. 1, v. 23. quæq; utraq; ab altera.

altera tanto dissideat intervallo, quanto à sapientia distat stulticia &c. *i. Cor. i. v. 18, 19, 20, 21.* ab orthodoxâ verò antiquitate tanquam rem singulariter mirabilem & mirabiliter singularem *Aug. de corr. & grat. c. 12.* κανῶν πάντων καγοτάτην τὸν ἥλιον *Damasc. ἀρρότου, ἀφραστού, καὶ πάντων* τὸν περβάλλονταν *Theodoret.* οὗτος εἰπεῖν, τὸν πέρι λόγου, τὸν πέρι καπέληψιν καὶ τῆς Φύσεως *Nazian.* ὑπὲρ Φύσιν καὶ ὑπὲρ πάντας λόγου *Iust.* οὗτος μόνος δεῖπον συλλογισμῶν. Ergo tales etiam eas judicet ac relinquat Logica necesse est, nisi ministerio abdicato magisterium iniquè in heram sibi arrogare voluerit. Cui syllogismo generali declarationis & probationis ergo sequentes subnecimus rationes: † vel ipso *Ioh. Phil. Parens teste lib. 2. art. Log. p. 193.* modus enunciandi pendet ab essendo juxta Aristotelica hæc effata: ἐκαστον ἡστι τὸ εἶναι, καὶ τὸ καὶ τῆς ἀληθείας. Item: λόγοι ἀληθεῖς ὥστε τὰ πράγματα: unde fit, ut diversus modus essendi diversum constituat modum prædicandi. Cum verò hæc unitas inter duas naturas substantiales alteram finitam alteram infinitam, easq; completas in unam τὸν πάντων σύνθετον in iis rebus, quarum sunt enunciationes Logicæ, & de quibus & ex quibus Canones Logici sunt extructi, simile exemplum non reperiat *Ezai. 9, v. 6.* utiq; Enunciationes quoq; eam explicantes à Logicis esse alienas manifestum est. † ξεστίς seu respectus inter subiectum & prædicatum, qui si verus sit, in ipsa rerum identitate vel diversitate fundatur, ex eaq; oritur, ita ut pro illius varietate & ipse varietate *Fons. lib. 5. Met. c. 5. q. 1. sect. 4,* in his Enunciatis non est conformis Logisticis regulis: quî igitur prædicatio quæ in ista relatione cōsistit, illis erit congrua? † Logica nullam habet regulam per quam una substantiarum disparatarum de altera prædicetur, quia in communi usu disparata nullo unquam modo affirmativam in Enunciando dispositionem admittunt, sed ex se, suaq; naturâ negativam semper requirunt: nec ullum in ullo argumentorum genere modum ostendit (imo nec per naturam suam unquam ostendere potest: quî enim ostenderet, cum in causis è quibus

quibus nata est Logica, nullus unquam fuerit aut deprehendi potuerit?) quo affirmata disparatorum dispositio, si qua fiat, vera esse concipi aut definiri in vocibus propriè acceptis possit.  
† Diversum potius deprehendimus: Logica siquidem heterogenea, sive ea quæ diversorum sunt prædicamentorum, negat de se invicem dici posse, sed ab ijs tantum denominari subiecta adserit Arist. c. 3. Categ. reg. 2. Vel: Licet paronymia diversarum specierum de se logicè dici queant; non tamen ipsa individua earum de se mutuo prædicari possunt. Quo pertinet Canon ipsius Par. lib. 1. art. Log. c. 14. Cui tribuitur unum dissentaneorum, ei adimitur alterum. Deum & hominem porrò dissentanea esse diffiteri nemo potest, quoniam cum Goelienio diversis, quæ species sunt dissentaneorum, accenset lib. 1. c. 20. Contra solum τὸ ἐπάρω τῶν ὑπὸ αὐτὰ γενῶν κατηγορῆσαι Arist. loc. cit. Porph. Isag. c. 2. At hīc neuter terminus est οὐσιάτω. aut ἴδια, siquidem Deus & homo infinitis modis sunt ἐτερογενεῖς; nihilominus tamen de se mutuo prædicantur; verum non eo modo, qui in hac regula monstratur. † Logicè τὰν ἐτερογενῶν, καὶ μὴ ὑπάλληλα τεταγμένων ἐτεραίη τῷ εἶδει Διαφορᾷ (sive etiam ἴδιότητις: vocem differentiarum enim latè accipi hīc à Philosopho, patet ex subiecto exemplo) adeoq; nullius istorum proprietates de aliis heterogeneis seu toto genere differentibus dici possunt (huc enim Canon & ejus exemplum spectat.) Contra tantum τὰν ὑπάλληλα γενῶν ἐδὲν καλύψας αὐτὰς Διαφορὰς ἔναις Arist. loc. cit. Cum enim, pergit ipse, superiora de ijs, quæ ipsis subiecta sunt, generibus dicantur, fit ut omnis quæ sunt attributi, subiecti quoq; sint differentiæ. At hīc plusquam τῷ εἶδει ἐποιεῖ, sunt differentiæ & proprietates; & tamen alterius naturæ propria alteri, non quidem καὶ μέθεξιν, ut Aristotelella, cum non ut differentiæ superiorum inferioribus tribuātur, sed καὶ συνδιάστηται μήτε τὸ οὐσιώδες, οὐσιώδους χρήστως attribuuntur; qui modus Aristoteli est ignotus. † Singulares substantiæ Logicè sunt ἀνατηγορῆσαι, uti passim testatur philosophus: lib. Categ. c. 5. §. 1. ubi hoc ipso

B

singula-



Singulares & universales substatiæ opponit; quod ipsum repetit eod.c. §. 5. & 12. proposita generis & speciei declaratione. §. 15. Et cap. 2. Categ. § 30. cum speciatim probasset, neq; substantiam neq; accidens particulare καθ' ὑποκειμένας λέγεσθαι; tandem in genere concludit, ἀπλῶς δὲ τὸ ἄπομα, καὶ ἐντείχισθαι καθ' ἔδειν οὐ τηνέντας λέγεσθαι. Et lib. περὶ ἐρμ. c. 7. v. 1. eodem nomine τὰ καθόλα & τὰ καθ' ἔνασον distinguit, quod illa quidem suapte naturā pluribus attribuātur; hæc verò non item; id quod etiam lib. 1. prior. anal. cap. 27. §. 2. 3. ostendit, Rationes multas h. l. ut adducamus, supervacaneum erit; sufficiat nobis autoritas philosophi; qui ex rerum philosophicarum consideratione cognovit, si aliquid de aliquo Logicè sit prædicandum, requiri ut à singuläribus abstrahatur, eique universalitatis ratio imponatur, atque ita res in prædicatione sit universalis. Hinc *Canon*: Prædicabile requirit prædicari universaliter non particulariter. Cum ergo illud in hisce: *Filius Deus est filius Mariæ virginis*: Et: *Filius Mariæ est filius Dei*: non observetur, quis adeò insanus erit, qui eas Logice accensere ausit? † στοιχ. Logicæ ut significant τὸ τὸ ῑσων ita etiam in quid seu τῷ τῆς στοιχ. λόγῳ prædicantur, teste Philosopho c. 5. Categ. § 15. 16. ubi expressè ait ὑπάρχειν τὰς στοιχ. καὶ τὰς διαφορὰς τὸ πάντα τὰ επωνύμια τὸν αὐτὸν λέγεσθαι, siquidem omnes, quæ ex illis sunt attributiones sunt vel de Individuo naturaliter sibi subiecto, vel de specie sua. Rem verò in harum duarum substantiarum prædicatione mutua aliter se habere, sequens ostendet quæstio. † Sic Logicè καθ' ὑποκειμένας λέγεσθαι est de aliquo essentialiter inferiori affirmari, quo pacto species, ejusque differentiæ de speciebus dicuntur; uti explicat Toler. com. in cap. 2. 3. & 5. Categ. utque in exemplis à philosopho loc. citat. adductis videre est: item ex reg. 1. *Anrepradic.* Et c. 5. Cat. § 3. expressè asserit τὸν καθ' ὑποκειμένας λέγομενον ἀκαγκάρον καὶ τοῦνομα, καὶ τὸν λόγον κατηγορεῖσθαι τὸν κειμένας &c. quæ definitio Univocorum est cap. 1. Categ. idem docet lib. 2. Top. § 2. Univocè verò prædicari nihil est aliud, quam:

quam καὶ τὸ τῆς γοῖς λόγον λαμβάνεις Porph. cap. 3. Isag. At in his personalibus propositionibus utriusque quidem natura non tantum nomen, sed & definitio & essentia de altera in Concreto dicitur, verum non essentialiter, non definitivè, non quidditativè, ut ex sequentj patebit quæstione. E. rursus h̄ic Enunciandi modus à Logica forma discrepat † Quæ naturaliter seu communiter uniuntur & communicantur, & de quibus Logice dantur Enunciationes, illa παράμυθος tātum de se mutuo dicuntur, alterum quidem in casu recto, non tamen univoco sed denominativo, alterum nunquam nominandi casu. Sic corpus non anima, sed animatum; materia non forma, sed informata; ferrum non ignis sed ignitum dicitur. Contrà anima non dicitur corpora, aut incorporata, sed in corpore; forma nō materialis aut materiata, sed in materia; ignis non ferreus aut ferratus, sed in ferro esse: quia h̄ic quidem prædicatur substantia de substantia, verum non quâ substantia, sed quâ adjunctum: siquidem substantia alicui adesse vel uniri potest, etiamsi ejus accidens non sit. Hoc ne ipse quidem Gocl. dissimulat, qui disquisit. Philos. 33. pag. 95. ita scribit: Ecquis est, qui hæc tanquam propriè & apodicticè dicta ferret: Ferrum quod ignitum est, esse ipsum ignem; Corpus hominis, quod animatum est, esse ipsam animam. At τὸν θεὸν non solum ἐνθεωπήσατε, sed & ἀνθεπτον. Vici sim: εἰπεν τὸν ἀνθεπτον non tantum θ. αθέτη, sed ipsum Deum recte & verè dici ex SS. Scriptura, & orthodoxa antiquitate manifestius est, quam ut negari possit. Ergo haec non propriè & apodicticè seu non naturaliter & Logicè dici facieatur Goclenius necesse est, nisi huic effato suo contradicere velit. † Deus de hoc homine, & vicissim Homo de Deo h̄ic 10 prædicatur nō ratione formæ significatæ per hoc nomine, sed ratione suppositi, in quo adsumta est humana natura, ita ut hoc illius jā sit facta hypostasis: cū tamē cōtra, si usitatè fieret, πρώτως formiam denotare deberet: siquidem aliás μὲν συγγενέας

B 2

princi-

principaliter formam rei, minus principaliter subjectum illius  
formæ significant, uti Fons. lib. 5. Metaph. c. 7. q. 5. sect. 3. demon-  
strat. † Irregularē ad regulare; inusitatum ad usitatum extra-  
ordinarium ad ordinarium, mysticum & supernaturale ad  
physicū seu naturale; dissimilia ad similia; id quod supra ra-  
tionem est ad rationem; τὸ πέπεντον ad τὸ ἀπεπεπεντόν; τὰ τῇ πίστει νοέμενα  
ad τὰ τῷ λόγῳ νοέμενα; τὰ πάσαιν νόησιν καὶ παταλήψιν ἀπεργέμενα ad  
τὰ τῇ νοήσει καὶ παταλήψει ἀπεργέμενα; divinam sapientiam ad hu-  
manam stultitiam congruere ἀντικείμενον est ēν τῷ περιεγεγενένῳ. Si  
enim cum vulgatis Rationis regulis ex communi rerum cui-  
su, & quotidiano usu extructis consentirent, ex numero mysti-  
carum exempta forent. † Ipse Goclenius, rei evidentiā verita-  
tem ipsi extorqueōte confitetur has esse exceptiones à Logi-  
cis & naturalibus attributionibus part. 3. probl. Log. 64. † Lubet  
huc apponere definitiones Propriarū Logicarū seu Regulariū.  
Enunciationum ab ipsis antagonistis traditas. Crell. lib. 2. part.  
com. c. 3. dist. 2. Isag. propriam esse ait, quando inter subjectum &  
prædicatum affinitas est. Quo in loco naturalē ab ipso intelligi  
affinitatem ipse indicat in subj. explic. propriam esse, inquiens,  
quando duo predicabilia de se invicem naturaliter dicuntur: qua  
in re ipsi adstipulatur Arist. lib. 1. Top. c. 9. §. 2. Goclenius regula-  
rem esse ait, quæ congruit ad aliquem modum ē quinq. predicabilibꝫ.  
part. 3. probl. Log. 63, 64: quod etiam approbat lib. 2. inst. Log. c.  
8. ubi hoc fieri ait, cum terminus superior prædicatur de inferio-  
re, inferior subjicitur superiori. Ioh. Phil. Par. eam definit, quæ sub-  
iecto prædicatum propriè & regulariter attribuat, atque aliās.  
Synonyma dicatur lib. 2. art. Log. c. 7. Accommodent jam præ-  
dicationes personales ad has descriptiones suas; tantam illa-  
rum cum his deprehendent convenientiam, quanta esse solet  
14 pugnīcum ovo. † Attributiones Logicæ pro denario prædi-  
camentorum numero decem constituuntur à Philosopho:  
lib. 1. Top. cap. 9. §. 1. & 7. Quorum nihil in his fit, ut in sequen-  
tibus probabitur. Vel: Omnis prædicatio Logica est vel συνώ-

νυμ. ☩.

νόμος vel πρόγραμμα. Toleo. com. in Antepr. c. 1. q. 1. Arist. lib. 2.  
Top. c. 7. §. 1. ubi alterum alteri opponit, & quasi ex unius re-  
motione infert alterum. Et hujus divisionis fundamenta pas-  
sim ponit in Antepr. unde cernere est ipsum res in Categorijs  
collocatas non alio considerare respectu, quam quo duplex,  
quem habent, modus essendi fundatum est duplicitis in ge-  
nere modi praedicandi, Synonymici nimirum & Paronymici.  
Generaliter enim loquendo omnis praedicatio Logica fit vel  
ex se, vel ex modis: quarum neutra hic locum habet.  
*Vel:* Omnis praedicatio Logica est vel per se, vel per accidens  
Arist. lib. 1. post. anal. c. 18. §. 150, 152. Zab. lib. 1. de prop. necess.  
c. 4. & com. ad post. anal. p. 915. Sed haec neque ad Aristotelicos  
dicendi modos per se, ut manifestum; neque ad accidentales  
congruunt, ut ex sequentibus patet. *Vel:* praedicatio Logica  
est vel consentaneorum vel dissentaneorum Reg. lib. 3. disp. Log.  
probl. 2; cuius ipsius quoque divisionis fundamenta jacta sunt  
a philosopho in regulis antepræd. cap. 3. Sed neque cum horum mo-  
dorum alterutro fraternam alunt concordiam. Vtrum ergo  
horum elegerint, scorpium se amplexari sentient.

## Q U Æ S T I O III.

### Num sint univoca?

Goclenius ad obtinendam sententiam suam de reductio-  
ne harum sub censem Logicum confirmationis loco adducit  
sententiam scholasticorum, & aliorum qui Synonymicis seu  
Quidditativis has subjiciunt, easque huic pares esse statuunt:  
*Petrus est homo;* negat <sup>q</sup> <sub>33</sub> hanc ullam esse hanc in part. 3. probl. Log. 61.  
Et ibidem adserit, humanam naturam à Filio Dei sustentificari  
id est subsistenter sustentari & gestari ut sustentatur *qualibet*  
*natura* *SVO supposito*, ut partes *essentialis* à *toto composite*. Quod si  
ergo eodem modo sustentificatur humana natura in Filio Dei,  
Petro, Paulo & alijs suppositis suis, eodem etiam modo utro-

bique prædicabitur, siquidem eundem essendi modum sequitur idem quoque prædicandi modus. Sed prius. E. prædictatur autem de his *οὐρανύμων ἡγετῶν*. Ergo &c. *Ioh. Piscator* post varios, mirabiles & tortuosos troporum flexus tandem hanc conatur extorquere sententiam ; prædicari hīc de homine individuali speciem hominis, ut hic sit sensus: humana Christi natura *seu*: hic homo est homo. Hic Deus *seu λόγος* *seu Filius Dei* est Deus p. 22. & 23. *ad Hofman.* *Crellius* de industria obscurus est. Deum & hominem instar partium essentialium de composite suo univocè dici videtur cum *Goclenio* statuere, dum ait hominem respectu carnis adsumitæ, Deum respectu verbi adsumentis prædicari idque propriè. Rursus videtur statuere hominem ut speciem univocam de toto composite enunciari, dum Christum nominat, & de hoc ait enunciari hominem univocè perinde ut de Petro. Iterum videtur esse in prima *Goclenij* sentētia adserens fieri hanc prædicationem de hypostasi *λόγῳ*, & in subjecto supponi semper personam aeternam. Nam ad idem recidit, sive de Deo, sive de Filio Dei, sive de hypostasi Verbi prædicem hominem, siquidem nulli horum terminorum potest *οὐρανύμων* tribui, manetq; cadem semper irregularitas. Quemcunque igitur impietati suæ fucum facere concetur *Crellius*: tamen ab hac se penitus purgare non potest. Denique cum *Piscator* in codem luto hærere videtur, dum figuratam & impropriam potius quam inusitatam censet appellandam *sub fin. explic. in 2. div. p. 205.* Ita quid senserit, certò definiri non potest, cum præsertim in singulis istis opinioribus aliquos complicum suorum sibi habeat *ἀνθίψεις*. Verum utut sit, nos ne ab alia ad aliam delabendi opinionem, atque Sophisticandi in perversione status Crellianis sit occasio, contra singulas ex saniori Philosophia paucula quædam in medium afferemus. Hæ verò quæstionis hujus partes erunt.  
1. An de Filio Dei dicatur homo eodem modo quo de Petro & Paulo : *seu an de Χριστῷ λόγῳ homo prædictur univocè?*

Vbi



Vbi verba eorum accipimus uti sonant, distinguentes inter  
Concreta naturarum & personæ, & inter ~~speciem~~ atque ~~speciem~~  
~~naturæ~~. 2. An de toto composito dicatur species? 3. An de  
sola illa humanâ species hominis; deq; sola nudaq; divina na-  
tura dicatur Deus? 4. An de toto ~~composito~~ dicatur pars es-  
sentialis univocè? In quibus explicandis si interdum brevita-  
tis studio de alterutra natura tantum proponentur rationes,  
semper subintelligi volumus Goclenianum istud effatum: *Pa-  
rem utrobiq; esse rationem part. 3. probl. Log. 6. 1.* Cujus confessionis  
vi, quod de alterutra harum Enunciationum probatum dabi-  
tur, de altera quoque jam probatum erit. Ac primum qui-  
dem contra 4. istos modos in genere pugnant sequentes ra-  
tiones.

I. Tὰ συναρτούμενα λεγόμενα ποτὲ τὴν ἔστιν ἀφοείλητην πάντα<sup>ν</sup>  
ἔστιν οὐκάνει *cap. 5. Categ. §. 17.* Quicquid ergo univocè prædi-  
catur illud estratio essentiæ, seu de ratione essentiæ, vel expli-  
cat rei essentiam. At hîc non agitur vel queritur de essentiâ  
λόγῳ: id enim alterius est articuli, ejus nimirum, qui tractat de  
S. S. Trinitate: neque de physica hominis illius λόγῳ: sed de u-  
triusq; unione (cujus propriæ & peculiares, & cuius solius, &  
haudquaquam alterius etiam rei primò declaratiæ esse de-  
bent hæ Enunciationes) quæ ipsa non est essentialis cum non  
facta sit ad constituendum unum esse essentiale, ita ut dux in Chri-  
sto naturæ sint unum λόγος: *Iac. Mart. lib. 1. Met. exerc. 7. theor. 4.*  
sed personalis hoc est facta ut sint unum personale seu *ὑφιστέ-  
μενον*, ita ut in una illa personâ utraque natura suam essen-  
tiam, suasq; proprietates retineat non quidem divulsas, sed  
tamen distinctas & inconfusas, id quod à Theologis nostris  
jampridem pluribus est demonstratum. Patet ergo Vnivo-  
cam prædicationem ab hoc mysterio planè esse alienam.

II. Synonymicæ prædicationes non in *Quis* fiunt, sed o-  
mnes in *Quid*, idq; vel *ἀπέτινεν* vel *ἰμέτων*. Has vero non in  
*Quid* sed in *Quis* fieri patet. Ex his scripturæ dictis *Matt. 16.*  
*v. 13.*

v. 13. Marc. 3. v. 27. Luc. 9. v. 19. 2. ex Fonsec. lib. 5. Met. cap. 8. qu. 7.  
sect. 6. 3. inde, quod prædicatio in Quid, nihil est aliud quam  
nominis & definitionis essentialis ac naturalis attributio lib. 7.  
Top. cap. 3. §. 2. Definitionis autem attributio τὸ τί ἦν εἶναι, seu τῆς  
στιας est adsignatio: quandoquidem ὁρισμός εἰναι ὁ τὸ τί ἦν εἶναι λό-  
γος lib. 3. Metaph. cap. 5. seu τὸ τί ἦν εἶναι σημάνων ή δηλῶν τῷ πράγ-  
μαν lib. 1. Top. 4. §. 2. cap. 5. §. 2. lib. 7. Top. cap. 5. §. 1. & cap. 3. §. 2. seu  
τὸ τί εἰσι lib. 2. post anal. 7. & 10. & 3. τὸ δὲ τί εἰναι ἄπειν καθόλος ηγετεῖ  
κατηγορικον ibid. cap. 3. τὸ τί ἦν εἶναι η μόνον τῶν γενῶν εἰναι η μάλιστα ηγετεῖ  
τως ηγετεῖ απλῶς lib. 3. Met. cap. 5. Vnde Philosopho solum genus, so-  
laque differentia definitivè seu ἐν τῷ τί εἰσι κατηγορεῖσθαι dicitur:  
quia hæc sola requiruntur ad definitionem essentialiem lib. 7.  
Top. cap. 3. §. 2. Nihil horum divinæ vel humanæ naturæ in Chri-  
sto competit, siquidem neutra alterius vel genus vel differen-  
tia specifica est, 2. persona λόγος extitit ab aeterno perfecta in  
sua essentia, & potuit tum sine carne adsumta definiri; cum ho-  
mo ei non sit συνώδης, nec pertineat ad eius τί εἰσι, licet ad ejus τί εἰ-  
σι jam concurrat post adsumptionem in tempore factam, 3. τὸ  
τί εἰσι personæ aeternæ non est καθόλος aut κατηγορικόν. 4. τὸ τί ἦν εἴ-  
ναι non habet λόγος, sed est purissimus actus, & mera essentia,  
nec differt τῷ πράγματι, à suo τῷ Υἱῷ ἦν εἶναι Iac. Mart. lib. 2. Met. ex-  
erc. 4. theor. 4. p. 66 3. E.

III. Synonymicè prædicata non habent ἐν τὸ ὑποκείμενον, ἀλ-  
λὰ κατὰ τὸ λέγεται Ar. cap. 5. Categ. §. 16. id quod de singulis  
συνανύμενοις λέγομένοις ex Porphyrio & Aristotele potest probari:  
Contra singulares substantias Logicè non posse prædicari in  
præcedēti quæstione est ostensum: quod sanè in hac: *Filius Dei*  
*est filius Mariae*, & vicissim nō observatur. Hinc jam judiciū fieri  
potest de Ecclesiastica illa Enunciatione: *Deus est homo*. Etsi  
enim hīc terminum communem orthodoxa Ecclesia tribuat  
Filio Dei vi Canonis: Ὅτι επιφον καθ' ἐτέρος, ὡς ὑποκείμενος κατηγορεῖ-  
ται, ὅτι τὸ κατηγορεύμενος λέγεται, ποιῶντα καὶ τὸ τὸ ὑποκείμενος ρη-  
θήσεται. cap. 3. Categ. quod latius explicatur cap. 5. quia tamen hæc  
ἀντολε-

Αντιλεξεῖσθαι φασθαι. ex illis ἐγγένεαφοις est deducta, adeoque non nisi  
ex fonte & fundamento suo in solis sacris literis, non Aristote-  
licis scriptis contento aestimanda: hæ verò sunt Κατὰ πάνταν δύ-  
ναμιν λογικὴν, quod in præcedentibus est demonstratum, utiq;  
de hac etiam aliter pronunciandum non est, secus si fiat, fal-  
sum jam pronunciari manifestum est. Vnde Canonem istum  
ex philosopho jam modo productum, ratione alterius quidem  
naturæ, cui id ex se & ratione essentiæ competit, cum quoad  
formale, tum quoad materiale, quo sensu etiam à philosopho  
proponitur; ratione verò alterius, cui id tantum per unionem  
personalem tribuitur, solum quoad materiale, non etiam  
quoad formale (Logicum nimirum: nam irregularēm prædi-  
candi rationem, quæ in primis est, in cæteris etiam inde ma-  
nantibus permanere volumus) procedere censemus: cum ut i  
ex superioribus liquet in forma seu modo prædicandi subinde  
occurrat discrepantia quædam: siquidem necesse est ut aliter  
de proprio, aliter de altero subjecto prædicetur, cum alia ra-  
tione huic, alia illi conveniat. In quo sane ingens rursus fit  
discessio ab Aristotelicis prædicandi modis. Imo quo longius  
in his progredior, eò longius à Logicis prædicandi modis rece-  
do, eoq; major subinde occurrit irregularitas. Quod ipsum  
etiam Thomas, quem tamen Crellius pro se citare audet,  
quemq; tanto conatu Pontificij propugnant, non ignoravit,  
dum hanc Enunciationem veram esse adserit ex suppositione  
secundum veritatem Catholicæ fidei quest. de un. verb. incarn.  
art. 2. resp. ad 4.

IV. Si in his Enunciationibus: *Deus est homo: & hic homo est Deus* dicitur species Logica vel pars essentialis de subjecto  
suo, consequitur vel speciem dici de suo Individuo, vel genus  
aut differentiam (præter has enim philosophi nullas alias a-  
gnoscunt partes essentiales, quæ univocè prædicentur) de spe-  
cie, hujusve Individuo. Iam verò nec Deum esse speciem, nec  
λόγον Individuum præter cæteros probant Fons. lib. 3. Met. c. 8.

C

quest. 5.

quæst. 5. seck. 1. Suarez tom. 2. Met. disp. 30. sect. 40. d. 7. Reg. lib. 1.  
de prædic. in spec. probl. 3. p. 237. & 246: Jacob. Mart. lib. 2. Met.  
ex. 4. th. 2 p. 646. & theorem. 3. p. 635. & ipse etiam Goilensis lib. 1.  
inst. Log. cap. 15. Et ut maximè Individui nomen ei tribueretur,  
non tamen id fieret ratione in Logicis usitata aut accurata &  
à sebriè philosophantibus recepta loquendi consuetudine, sed  
more ac modo planè insolenti: tantum abest ut hominis In-  
dividuum dici queat synonymous † Turpissimæ ἀντιφησεως la-  
queis ipsi se involvunt. Quando enim fit ἀντιπορία hujus propo-  
sitionis: Deus est homo; tunc viceversa (ob parem rationem).  
Deus vel generis, vel differentiæ specificæ, vel speciei naturam  
induet ejus quod antea ipsius fuerat vel genus vel differentia  
ὑδοποίος vel species / quod quam absurdum cum in seniori phi-  
losophia, tum in sincera Theologia quis non perspicit? ) ad-  
eoque utrumq; extremorum in his Enunciatis respectu ejus-  
dem modo Individui modo speciei; ac rursus modo essentialis  
cujusdam partis, modo totius compositivim ac rationem ob-  
tinebit: siquidem in illo effato: Deus est homo; Deus vel In-  
dividui vel totius; homo verò vel speciei vel partis: vicissim  
in hoc: Homo est Deus: homo vel Individui vel partis nomen  
ac rationem merebitur (ubi sanè mirabilis Cadmeorum fra-  
terculorum in diversas partes discisorum, mutuisq; se vulne-  
ribus conficientium pugna conspicitur) vel, quod non minus  
absonum, prædicatio efficietur perversi ordinis ac contra na-  
turam; ut sequens ostendet argumentum, quod nemo adseret,  
nisi qui ipse tam perversæ mentis est, ut non modo contra na-  
turam sed & contra scripturam pugnare ausit. † Fieri hic ἀν-  
τιφησεων exempla superius ex scripturis allata edocent. At  
verò nec speciem, nec partes univocè in Logicis prædicari so-  
litas, ut Genus & differentiam specificam, qua talem Logice  
reciprocari manifestum est. Et quam bellè, quam Logice item  
ἀντιδικοὶ soleant hic ἀντιφησεῶν καὶ ἀντισπέφεων in præcedenti ar-  
gumento vidimus. † Synonymica prædicatio περίως non per-  
sonam

Sonam sed naturam subjicit; unde est, quod non in quis fit sed in quid, ut ex superioribus liquet. Secus h̄c fieri probat R. D. Hütteri Sadeel Elenchumenos in refut. ep. p. 37. & conceditur ab ipso etiam Crellio personam semper h̄c supponi adserente. Argumenta specialia brevitatis studio jam omittimus.

## Q U Æ S T I O I V.

### Num sint Paronymica?

Ita † sensit Goel. part. I. probl. Log. 40. λόγον subjectum, hominem adjunctum nuncupans; & part. 3. probl. 61. & 73. ad stabilieram sententiam suam de reductione harum ad censum Logicum adducens non tantum Sciegkij opinionem ex l. 6, 7, & 8. Top. & l. de un. pers. & resp. ad Anonym. sed & scholasticorum accidentalibus has annumerantium ruinosas ratiunculas: ubi quoque negat hanc ullam esse heresin. Et Ioh. Phil. Par. l. I. art. Log. p. 75. ubi agens de subjecto inhesionis seu recipiente adjuncta & materia in qua; affirmat carnem Christi sic subsistere in persona λόγου. Ab hac blasphemia non alienus est Bell. unionem & idiomatum communicationem per nudam ταράσσοντι AD λόγους ταράσσοντι definiens lib. 3. de Chr. c. 8. §. 3. ut homo habere dicitur in domo nec tamē domo dicitur esse homo aut habere attributa domus. 18. §. 15. eandēq; globi instar solaris esse dicens c. 17. §. 3. participatione duntaxat aliqua attributorū per creatas qualitates, que in sanctis etiam ceteris inveniuntur c. 6. §. 10, 11. qua nos etiam essemus hypostaticè uniti cum Deo, licet minus arctè c. 8. §. antep. quemadmodum purpura, qua rex quispiam induitus, non dicitur sedere aut regnare, sed saltē vestis regnantis aut sedentis c. 15. §. 11. Si enim unitas rerum in essendo est accidentalis, quid ni esset & terminorum in prædicando talis, cum hæc ex illa sumat denominationem Zab. l. I. de nec. prop. c. 4. Sed erroneum esse hoc opinionis monstrum patet, quia † unio ipsa (cui consentaneus esse debet modus 2 predicandi Zab. l. cit. & l. I. post. c. 18. §. 148. l. de const. nat. sc. c. 5. & 23. ad stipulante Fons, l. 4. Met. c. 2. qu. 6. s. 1. usq; ad 14.) naturæ significatæ per prædicatum cum eo, pro quo sumitur sub-

C 2 jectum



jectum non est accidentalis definiente Conc. Constant. 2. Can. 5.  
Ratisb. anno 742. celebrato. Francof. de quo D. Gesn. p. 569. bish. narr.  
conc. ubi plurima profert argumenta, ut & orth. conf. p. 53. & seq. is.  
3. disp. 11. pro. lib. Cont. th. 22. Et. † Quia nec accidentis de Deo vel  
homine pronunciant, uti probabitur qu. seq. neque substantiam per modum accidentis, quod cum ex sequ. tum ex his pa-  
ret quia huiusmodi prædicata non designant  $\tau\delta\eta$  sed  $\tau\delta\epsilon$   $\chi\tau\tau\delta$   
 $\delta\epsilon$  Scegk ad l. 4. Top. loc. 2. neque dicuntur illud ipsum esse cui  
adsunt vel insunt Faur. l. 2. Cœsal. qu. 6. cum nihil ita alteri ad-  
4. jungatur, ut sit id ipsum cui adjungitur, nec vicissim. † Hæc sen-  
tentia evertit communicationem idiomatum, id quod non so-  
lum adversariorum chartæ ostendunt, sed & Fons, probat  
lib. 5. Met. c. 8. quest. 7. seet. 3. imò totum hoc mysterium anni-  
hilat † id quod comprobatur exemplo non solum plurimo-  
rum Calv. sed & Bell. l. 3. c. 3. dicentis eum qui Ioh. 3. cum Nico-  
demo loquebatur non Deum sed hominem fuisse; item quod  
Thomas viderat & tetigerat non Deum sed carnem fuisse con-  
tra 1. Ioh. 1. ver. 1. Quia † in accidentaliter junctis & e-  
nunciatis nulla natura alteri quicquam communicat *ad stipu-  
lante philosopho cap. 5. Categ. §. 4.* quod repetit §. 13. nec diffiten-  
te etiam Ioh. Phil. Pareo lib. 1. art. Log. c. 12. ubi ait subiectum &  
adjunctum extra ullam essentiæ communicationem consenti-  
re. At hîc factam esse πλήρωσιν κοινωνίαν non quidem ἀμεσον ή κτι-  
μησι, sed εμμεσον καὶ τὸ συνδιατμὸν ἡγένετο πολλὰ abunde satis  
3. à Theologis nostris jam est demonstratum. † Quia accidentis  
non potest fieri pars ejus cui adjungitur, quo nomine etiam  
contradistinguuntur *cap. 2. Cat. §. 2. & cap. 5. §. 14.* iccirco per-  
sona Christi non posset esse composita ex natura divina & hu-  
4. mana in unitatem personæ. † Τέταν μετοχὴ η μὲν μᾶλλον, η δὲ ηπειρος  
Porph. cap. 16. Isag. Et cap. 15. Τέταν συμβεβηκότος, καὶ ηγένετο πολλὰ  
μετοχὴ τοι τοις οἷς quod ipsum etiam inculcat *cap. 3. 10. & 13.*  
Iam vero unio humanæ naturæ hanc ἐπίτισιν καὶ αὐτοιν non ad-  
mittit, cum tam arcta sit ut arctior esse non possit.

#### IV. Con-



IV. Contradictionis se involvunt isti: quid enim aliud esset, inquit Fonseca lib. 5. Met. c. 8. qu. 7. sect. 3. asseverare, hunc hominem quā talis est, ~~magis~~ prædicari de aliquo & tamen primæ substantiæ rationem habere, quam dici & non dici denominativè, item esse & non esse substantiam primam? Ratio manifesta est cum in hujusmodi Enunciatis prædicatum non ~~de~~ sed ~~de~~ designet. Arist. lib. 3. Metap. Sciegk com. ad 4. Top. loc. 7. p. 446.

V. Repetimus Goclenij confessionem adserentis parem utробique esse rationem. Si ergo hæc: *Deus est homo*: paronymica est & accidentalis: viceversa hæc quoque: *Homo ille est Deus*: talis erit, adeoque Deus qui antea subjectum carnis adsumtæ dicebatur, jam ejusdem accidens erit dicendus; & vicissim caro *λόγος* & subjectum & adjunctum erit. Quod si absurdum & impium, ob parem rationem & istud impium erit. Velsi convertitur à spiritu S. erit prædicatio contra naturam, qualis est hæc: durum est ferrum: album est lac: Zab. com. lib. I. post. c. 18. p. 909. Crell. lib. 2. Isag. cap. 3. div. 1. quod non minus *αντινομία* est *καὶ αθεότητος*. Imò inde consequeretur, de Christi persona non dari alias nisi accidentales Enunciationes. Nam si dicerem: Christus (seu persona illa divinâ & humana natura constans) est homo; hæc propositio idem valeret, atque ista: homo albus est albus: si dicerem: Christus est Deus; hæc æquipolleret isti: homo albus est homo &c. Addo deniq; quod ipse Gocl. hoc male accipi posse fatetur append. 4. p. II.

## Q U A E S T I O V.

*Sitne in his Consentaneorum an vero dissenterunt  
Logica dispositio?*

Dissentancorum Logicam dispositionem hic non esse ex sola affirmatione horum terminorum mutua appetet, cum contrarium in dissentaneis fieri debere etiam Ramus cum Aristotle doceat. Consentancorum vero Logicorum dispositionem

C 3

in his

In his nullā esse sequentibus demonstratur rationibus. I. Quia  
ea est rerum per naturam consentientium; quo modo Filium  
Dei, & Filium Mariæ non consentire ipse fatetur, *Gocl. lib. 1. inst.*

*Log. c. 9. p. 181. & cap. 16.* Quod verò Idem *loc. cit.* addit hos  
terminos consentire singulari & admirabili æconomia nihil  
aliud probat, quam hos consentire modo nō λύκω sed eo, qui  
ut τὸ εἰρηναῖον Φύσιν, ita etiam τὸ εἰρηναῖον δύναμιν λογικὴν οὐσίαν Φύ-  
σεως est: quod ipsum nos contra Goclenium semper urgemus.

II. Consentaneorum σύντεξις est vel causæ & effectus; vel to-  
tius & partis; vel subjecti & adjuncti. *Gocl. lib. 1. part. Dial. &*  
*lib. 1. inst. Log.* Ordinem & partitionem ipsius antagonistæ ser-  
vamus, ne conqueri possit studio quiddam à nobis prætermis-  
sum esse. Verum nullius ex his disponendi modus hic locum  
habet. Non causæ: Quia neq; causæ effectus neq; effectus caus-  
sæ attribuitur directè, sed flexu aliquo utr ex *Zab. lib. 1. de med.*  
*demonst. cap. 9. affert ipse Goclen. lib. 2. inst. Log. cap. 8.* Sic Deus  
non dicitur mundus sed mundi opifex: siquidem nihil est id.  
ipsum quod facit, aut à quo fit, cum nihil sui ipsius sit causa  
*Scal. exer. 9.*

Totius & partis prædicationem quod concernit, duplex esse  
totum constat σύνολον καὶ ηαθόλας: duplices item partes integra-  
les & essentiales. De posteriori in præcedentibus quædam di-  
cta sunt. Priori adhærescere videtur *Bell.* qui unionem prorsus  
instar magnæ arboris ramuscum suscipiens *lib. 3. cap. 8. §. 11.*  
instar brachij in corpore existentis *lib. 3. de Chr. c. 8. sub finem ca-*  
*pitis in edit. tertia* & instar globi solaris esse dicit *lib. cit. c. 17. §. 3.*  
Neq; hīc Logicos in Enunciando canones observari in propa-  
tulo est, quia pars de toto, perinde ut accidentia de subjecto, di-  
citur in Concreto ( scil. paronymico.) *Gocl. pag. 60. lib. 2. inst. Log.*  
*& l. 1. p. 115.* Quodq; utriusq; Totius tūm Constitutivi tū com-  
positivi regulas in prædicando transcendat, hinc videre est:  
quod neq; partes συζητηται; neq; συμπληρωτική de se in vicem En-  
unciantur directè *Id. p. 115. lib. inst. Logic. & lib. 2. p. 60.* cum ta-  
men

mēn contra Filius Dei de Filio Mariæ prædicetur in casu recto.  
Deniq; subjecti & accidētis sive adjuncti prædicatione hīc nul-  
lam admitti posse non solum ex præcedenti quæstione, sed et-  
iam ex sequentib; evidens est. 1. Quia in subiecto sunt neque  
primæ neq; secundæ substantiæ cap. 2. Categ. §. 2. & cap. 5. Categ.  
§. 1. & 12. ubi illud explicat & ostendit de singulis substantiæ  
speciebus: neque partes substantiarum cap. 2. Categ. §. 2. & c. 5.  
§. 13. & 14. Vnde Tolet. com. in sc. cap. Categ. ait: Esse in subiecto  
est modus existendi accidentis, qui nulli substantiæ competit:  
quod ipsum philosophus confirmat in divisione πλούτων cap. 2.  
Categ. & cap. 5. §. 1, 3, 4, 5, 11, 12. quibus in locis hoc ipso substi-  
tias ab accidentibus distinguit. Iam verò sanctam illam car-  
nem non esse accidens præter cætera ex his etiam cōstat. 1. Ac-  
cidēs propterea fulcitur subiecto, quia per se cohærere nequit,  
*ἀνύπαντος τοις οὐκείμενος χωρὶς εἶναι τὸ οὐκείμενον*. Anteprad. 5. adstipulante etiam Crellio p. 5. & 66. Isag. Iam Caro illa non idco in  
una persona, Verbi subsistit, quod per se subsistere aliâs  
planè nequiverit, sed quia actus superior superveniens huma-  
nam subsistendi modum intercepit. 2. Accidentia nec inter  
se, nec cum subiecto unam rem aut unum totum per se sunt:  
Cum contra λόγον & ipsius sancta caro, et si non sunt una per  
se natura, unum tamen ὑφισάμενον seu unum personale per se  
modo supernaturali sint. Esse verò substantiam cum per se, tū  
ex his perspicuum est. 1. quia habet proprium εἶναι & sustinet  
accidentia, quam definitionem approbat Crell. p. 66. Isag. 2. nisi  
substantiam λόγον adsumisset, non hominis sed potius aliud  
quid redemisset, siquidem τὸ ἀπέσταλθόν, αἴτιον ποτε. 3. Christus  
excepto solo peccato per omnia nobis, quorum natura non  
est accidens sed substantia, factus est similis. 4. Quia ex partibus  
substantialibus constat. Ex substantia verò, cum principiatum  
imitetur naturam sui principij, nullo modo fieri potest nō sub-  
stantia teste philosopho. 5. Quia nomina substantiam veram no-  
tantia in scripturis ipsi tribuuntur, ut & alia substantiarum af-  
fectio-

fectiones & operationes. 6. partes substantiarum sunt substantia.  
rix cap. 5. Cat. & lib. 2. de an. c. 1. §. 2. li. 2. Met. c. 3. 10, 13. Cum ergo  
sancta illa caro pars sit substantiae personalis, utique & ipsa erit  
substantia. II. Si λόγος est subjectū carnis adsumtæ, aut com-  
mune aut proprium erit: Non commune, cum præter hanc non  
adsumserit aliam carnem in personam suam: Non proprium,  
quia itidem conditiones τῆς ιδίας πάθεσις hoc non admittunt. E-  
pianè non erit ejus subjectū. Denique posito, sed non concesso,  
λόγον esse carnis assumtæ subjectum, nondum tamen hinc evin-  
cent Logicam alterius de altero prædicationem, uti non modo  
in præcedenti quæstione est demonstratum, sed ex sequenti ar-  
gumento etiam conspicitur: Si natura humana personæ Verbi  
est accidens / proprium enim adjunctum esse nequit, cum non  
fuerat ex essentialibus λόγος principijs &c, erit ergo commune )  
aut universale aut singulare est: si illud, non poterit reciprocā  
fieri prædicatio, siquidem accidens sive sit separabile, sive inse-  
parabile non reciprocatur Porph. c. 16. Sin singulare Logicè  
profsus non poterit prædicari: quia τὰ καθ' ἔκαστην συμβέβηκότες ἐν  
ταύταις μὲν δοῦλοι, ναῦται ταύταις δὲ δενὸς λέγοται cap. 2. Categ. Crell.  
p. 51. Isag. & Porphyrius ταλεῖσσον διεσφένται, αλλήλων τόποι συμβέβηκότες, καὶ  
τὸ δὲ συμβέβηκεν adserit cap. 15. Isag. Imò Philosophico & accura-  
to loquendi modo prout Arist. terminis τῷ λέγοντος καὶ πατησομένος  
ναῦται ταύταις utitur; accidens quâ accidens, plane nullum de  
subjecto cui inhæret dicitur, cum in hoc substantijs opponatur  
à philosopho cap. 5. Categ. Atq; hac jam de hisce Enunciationibus  
sufficiant, in quibus quantum instituti nostri ratio, charta q; angustia  
ferebat, probatum est, has omnem prædicationum Logicarum modum  
transcendere, unde relinquitur solidum ac sincerum de his judicium  
non ex Logicorum regulis, sed ex solis S. S. Theologiae, cuius propriæ  
sunt, fundamentis peti posse ac debere. Quæomnia non de formis  
Syllogisticè concludendi, sed de solis prædicationibus  
intelligi volumus.

F I N I S.



05 A 1716



VDH fd.





**Farbkarte #13**



B.I.G.

# DISQVISITIO LOGICA,

*De*

Propositionibus personalibus,  
quatenus à Calvinianæ sectæ Philosophis ex funda-  
mentis Logicis ex dijudicatur.

*Quam*

σὺν τῷ Θεοφάνῳ

P R A E S I D E

M. NICOLA O H U N N I O

Marpurgensi Hasso.

In inclyta VVitebergensium Academiâ  
publico examini subjicit

Sigismundus Ditlenius Pripoli-  
tanus Francus.

Ad diem 21. Ianuarij in auditorio Philosopho-  
rum horis matutinis.

---

V V I T E B E R G Æ,  
Typis Martini Henckelij, Anno Christi  
M. D C. IX.

